

familias, & in monacho, & in eis per quos possumus acquirere, secundum Paul. & DD. in *dict. leg. Quod servus*. Confirmatur; quia tales personae capaces sunt facti, ut in §. *Sed cum factum*. Institut. de stipulat. servor. & in *leg. Qui haeredi de condit. & demonstrat.* ibi: *Quia quae facti sunt non transeant ad dominum.*

11 Et adde, quod effectus maximus resultat ex hoc, an solum detineat, vel possideat? Quia si quis solum habet detentationem, non potest usucapere, nec praescribere, ut in *regula sine possessione, de regulis juris*. Item, non competunt sibi aliqua remedia possessoria: Unde, si talis detentator per vim expellatur de possessione, non habet remedium recuperandae Unde vi, quod datur possessoribus; textus est in *leg. 1. §. Dejicitur*. ff. de Vi & vi armat. & ibi Bartol. Alber. Angel. & communiter DD. Similiter, si talis detentator turbetur vel molestetur in sua detentatione, non habet remedium possessorium retinendi *Uti possidetis*, ut defendatur a turbatione vel molestia; quia illud solum competit possessoribus; textus est in *leg. 1. in princip. ff. uti possid.* textus in §. *Interdictum autem ead leg.* textus expressior ceteris, in *leg. Si duo*. §. *Creditoribus eodem titulo*. cujus verba sunt: *Creditoribus missos in possessionem rei servandae causa, interdictio uti possidetis uti non posse, & merito, quia non possident. Idemque & in ceteris omnibus, qui custodia causa missi sunt in possessionem, dicendum est.* Ex quo dicebat Rosfred. in *lib. sup. in rub. de actione ex conducto*. quod tali casu nullum remedium datur colono vel inquilino contra turbantes, vel violentos possessores; ut defendatur in sua detentatione: argumento text. in *leg. Cum in plures*. §. *Messem*. ff. *Locati*, & in *leg. 2. versic. 2. ff. ad legem Rhodiam, de Factu*. Vel potest dici, quod ille qui missus est in detentationem causa custodiae, habet remedium tituli: *Ne vis fiat ei*: ita Faber. in §. *Retinende de interdictis*. 2. column. 4. & ibi Angel. 2. column. num. 2.

12 Vel potest etiam dici, quod licet talis detentator non habeat aliqua remedia possessoria, ut dictum est; tamen, si expellitur de sua detentatione, vel turbatur in ea, habet officium judicis nobile, ut restituatur sua detentatio, vel non molestetur in ea: ita probat textus singularis in *leg. Aquilius Regulus*. ff. de Donat. in *fin.* ibi: *Quod si expulsus Nicostratus, &c.* ubi Aquilius Regulus juvenis concessit Nicostrato magistro suo facultatem habitandi in certa domo vel coenaculo; & mortuo Regulo, contra versiam & molestiam patiebatur magister, & tandem expulsus fuit; & dicit textus, quod per judicem defendendus est, quia sit loci possessoris; & ad hoc eum ibi notat Bart. in *fin.* juncta Glossa

in *fin.* & Angel. de Perus. in *princ.* & Joan. de Imol. in 2. column. prope *fin.* & ad hoc eam reputat singul. Paul. de Castr. ibi 1. column. in *fin.* num. 5. & eum ad hoc notat ibi Cuman. & Rom. in *fin.* Et ut ille textus recte probet, debet intelligi, quod ibi sola nuda facultas & actus habitandi concessa est donatario; & ita explicant verba textus, dum dicit, *dono & permitto tibi habitare in illo coenaculo*; secus vero, si jus habitationis esset donatum; quia tunc esset concessa servitus personalis, vel mixta, ut in *roto titul. ff. de Usu & habitatione*, & Institut. eodem, & in *leg. Cum antiquitas*. Codic. de Usufructu 1. & donatarius possideret naturaliter sicut fructuarius quilibet, & haberet remedia possessoria, si expelleretur vel perturbaretur; & ita intelligit & declarat ibi illum text. Jacob. de Arenis & ibi Bartol. 1. column. num. 2. Paul. notat, ibi in *princ.* num. 2. & communiter alii DD. Secundum pro ista conclusione, quod pro recuperanda dicta detentatione competat officium judicis, facit textus notabilis in *leg. Et non tantum*. ff. de Petit. hereditat. in *fin.* ubi dicitur, quod petitione hereditatis proposita, aequum est restitui res commodatas, expositas, & similes, cujus verba sunt: *Sed licet earum nomine, quae commodatae vel depositae sunt, nulla sit facile actio, quia tamen periculum earum ad nos pertinet, aequum est eas restitui, quem notabiliter sic induco*. Nam petitio hereditatis solum datur ad hoc ut quis declaretur haeres, ut in *leg. 3. eodem titulo*. & ibi Bartol. in *fin.* tamen restitutio rerum venit judicis officio; textus est in *leg. Licet minimam*. eodem titulo, quem ibi ad hoc notant Bartol. Angel. & communiter DD. merito ergo dictae res, in quibus sola detentatio erat penes defunctum, restituantur haeredi. Et ista est vera declaratio illius textus & istam sententiam & conclusionem expressè tenet ibi Glossa ordinaria in verb. *Facile*, in *fin.* licet sic non inducat illum textum, & illam Glossam reputat ad hoc ibi singularem Angel. & eam sequuntur Bald. Paul. & DD. in *leg. Item videndum*. §. *Nunc videndus*. eod. tit. Tertio, pro hac conclusione & sententia facit textus expressior ceteris in *leg. Manifestissimi*. §. *Sed cum in secundam in princ.* Cod. de Furtis, juncta Glossa in verb. *Rem furtivam*, ubi dicit textus, quod commodatarius vel similes personae possunt agere contra eum, qui furto vel vitio substatit sibi rem; & necdum consequatur a fure poenam legalem, sed etiam ipsam rem commodatam; & licet textus non aperiat quo jure, vel remedio; Gloss. ibi dicit, quod officio judicis, cum nulla remedia possessoria habeat, quem text. juncta Gloss. sic intelligit & notant ibi Bart. Paul. Salicet, Angel. de Perus. & communiter DD. repetitiam

etiam Bartol. ubi reputat quotidianum, in 1. *Rem quae nobis*. 1. col. post *princ.* de acquirend. possessione. Quarto, pro ista sententia & conclusione allego Gloss. expressam meliorem de jure in 1. *Et ideo*. §. *Neratius*, in *gloss. fin. ff. de Condit. furt.* ubi in expresso istam conclusionem tenet; quam ibi notant & commendat Bart. Bald. Paul. Salycet. Fulg. & communiter DD. Quinto, pro ista sententia facit bonus text. in sui generalitate, in 1. *Illicitas*, in *princ.* ff. de Offic. praesid. cujus verba sunt: *Illicitas exactiones & violentias factas & extortas metu, venditiones & cautiones, vel sine pretii numeratione prohibet praeses provinciae, quem pro ista sententia allegat & considerat Salycet. in dict. 1. Et ideo*. §. *Neratius*, prope *fin.* in *dict. 1. Manifestissimi*. §. *Eum in secundam*. Sexto, pro ista sententia & conclusione facit aequa & communis ratio, quae habet, quod cum iactura alterius nemo debet locupletari, ut in 1. *Nam hoc natura*. ff. de Cond. indeb. & in *regul. jure naturae*. ff. de Regul. jur. quod esset, si detentator privetur injustè commodo vel usu suae detentionis.

13 Limita tamen & intellige hanc communem conclusionem, quando dominus verus rei esset absens, & faciliter non posset agere in judicio: secus vero si sit praesens; quia nullo modo posset agere iste detentator; ita Salycet. in *dict. 1. Et ideo*. §. *Neratius*, in *fin. de condit. furt.* idem Salicet. in *dict. 1. Manifestissimi*, §. *Sed cum in secundam*, Cod. de Furtis, argumento text. in 1. *Cum in plures*. §. *Messem*. ff. *Locati*, & in expresso idem tenet Fulgos. in *dict. §. Neratius*, post *princ.* Sed salva eorum pace, non videtur vera ista opinio & limitatio, imò quod indistinctè habeat officium judicis, cum indistinctè loquantur praedicta jura. Nec obstat text. in *dict. §. Messem*. Quia ibi non detentabat colonus fructus illius substractos, idè dominus debet agere. Vel secundò, quod ibi voluit agere colonus contra dominium locantem, tanquam sibi obligatum ut agat contra subtrahentes; non tamen negat, quod possit ipse agere officio judicis (si velit) eo casu quo detentat.

Intellige tamen & declara superiorem communem opinionem, ut procedat quando res pervenisset ad alium cum vitio, puta, ex furto, vel violentia, vel fortè vacantem rem occupabit; alias autem non competet detentatori aliquod jus vel remedium advocandi detentationem, sicut nec possessori competet, quando non haberet dominium, vel titulum; ita Ang. in *dict. leg. Non tantum*. ff. de Petit. hered. & Bald. in 1. *Item videndum*. §. *Nunc videndum*, 1. col. eod. tit. nisi eam haberet ab

ipso vitioso possessore; ita singulariter Bart. in *dict. 1. Manifestissimi*. §. *Sed cum in secundam*, Cod. de Furtis, 2. col. num. 5. qui ita intelligit Gloss. in 1. 2. Cod. de Furtis, & per eam ita tenet ibi Bald. Paul. & ceteri DD. in *dict. 1.* In quo tamen articulo resolutivè dicitur, quod in casibus in quibus possessori datur aliquod remedium possessorium, in isdem detentatori dabitur illud judicis officium pro sua detentatione recuperanda vel conservanda: istam notabilem doctrinam ponit Ang. de Perus. in *dict. 1. Manifestissimi*. §. *Sed cum in secundam*, Cod. de Furtis, 2. col. in *fin.* vers. *Detentatori autem*. Et quando possessori competant dicta remedia possessoria, & quando non? vide singulariter & meliùs quàm alibi in jure per Bart. Paul. Jas. & meliùs quàm per alium in toto jure per Socin. in *leg. Rem quae nobis*. ff. de Acquirenda possessione.

14 Extende tamen superiorem communem conclusionem, quae habet, quod detentatori datur officium judicis pro sua detentatione recuperanda vel conservanda, ut procedat etiam in detentatione alicujus juris incorporalis, ut puta, si quis tantum detentat aliquem usum servitutis, non verò ipsum jus servitutis: ita probat textus singularis secundum verum intellectum, in *leg. de Usu aquae*. ff. de Variis & extraordinar. cogn. quem ad hoc reputat ibi singul. Bartol. & expressè per illam l. ita tenet Speculator. in *tit. de Offic. omnium jud.* §. 1. 3. col. vers. Item imploratur loco principalis actionis: idem Specul. in *tit. de Causa possessione*. & propriet. §. *Privata*. *Authent. interdicta*, 7. col. n. 19. vers. *Sed & si me habentem usum*, &c. Et ex superioribus inferitur, quod talis detentator posset propria autoritate destruere opus vel aedificium factum in re, quam detinet: & in expresso probat text. in *leg. 1. Cod. Ut nemini liceat sine licentia principis signum imponere*, & ibi communiter DD. & tenet Bart. & comm. DD. in *leg. 1. §. Nuntiatio*, de oper. novi. nuntiat. ubi reputat singul. Roman.

15 Item quæro, an ista detentatio facti retineatur animo iu absentia; sicut retinetur sola civilis possessio, vel sola naturalis? In quo subtili articulo dico, quod videtur quod retineatur animo, & operetur eosdem effectus, quos operaretur, si detentator esset praesens; & hoc quando detentatio est justè quæsitæ judicis autoritate, vel ex licito contractu partium. Ita probat text. singularis & canonicus in *leg. Si finita*. §. *Si quis metu*. ff. de Damn. infecto: ubi, si missus in possessionem ex primo decreto ex causa damni infecti, discesserit de re, & sit absens animo non deserendi rem, retinet jus suum, quod habet in ea, perinde ac

si præsens esset, cuius verba sunt: *Si quis metu ruine discesserit de possessione, si quidem cum adjuvare rem non possit, id facit, Labeo scribit, integrum jus eum habere perinde ac si in possessione perseverasset, & ad hoc eum notat ibi Ang. de Perus. in princip. & ad hoc reputat eum singularem Paul. ibi, num. 2. & ad hoc enim dicit fortè non alibi Imol. in princ. & dicit singul. Roman. ibi in princ. & etiam Angel. in l. Peregrè, §. fin. in fin. ff. de Acquir. posses. Paul. de Castr. in leg. 1. 2. col. Cod. eod. tit. Imol. ibi, 4. col. in fin. & Alex. ibi, num. 63. Pro qua subtili sententia, ultra prædictos DD. facit text. in l. Si colonus, eod. tit. ubi dicit text. quòd si colonus animo non deserendæ possessionis exit de fundo, adhuc locator retinet per eum possessionem naturalem; & sic colonus retinet in absentia suam detentationem, mediante qua locator conservat suam possessionem: & ad hoc illum text. notat ibi Paul. in princip. in leg. Peregrè eod. tit. Contrariam tamen sententiam tenent plures, imò quòd detentatio sit meri facti, & nullo modo retineatur in absentia: Ita Bart. in l. 1. ff. de Acquir. posses. 5. col. in princ. num. 13. & in fin. column. & quæst. numer. 27. optimo fundamento & ratione, & idem tenet Raph. Cuman. ibi, 4. col. in fin. & Roman. notab. penult. col. vers. ult. Circa hoc adverte Jas. 19. column. num. 86. & in hoc residet Vincent. etiam 24. col. num. 81. ubi latius quàm alius tangit: idem etiam tenet Franc. de Rip. 12. col. num. 44. Et istam tenendo, non obstat text. ille singularis in quo se fundabant primi DD. in dict. l. Si finita. §. Si quis metu. ff. de Damno infecto. Quia text. non dicit, quòd ipsa detentatio retinetur in absentia; sed quòd ipsum jus causatum ex detentatione iudicis auctoritate data, hoc est pignus prætorium, non amittitur, sed retinetur etiam in absentia, & poterit per hypothecariam ipsam rem & ejus custodiam & detentationem consequi, & à quocumque revocare; ut in l. 2. Cod. de prætor. pignor. & in l. Non est mirum. ff. de Pignor. actio. & ita respondet Bart. & DD. ubi supra, licet imò non ita clarè; & respondet Cuman. expressè dict. §. Si quis metu, in princip. imò ille text. probat istam opinionem secundam, ibi: *Perinde ac si in possessione perseverasset; nam præsupponit, quòd detentatio & custodia non duravit, sed jus quæsitum ex ea durat.* Item apertius probat hoc ille text. in fin. ibi: *Restituendum eum in possessionem, nam apertè dat intelligere quòd eam perdidit; &**

(e) Gloss. in dict. l. 1. verb. Possessio, de acquir. possessione. Quartam addit Jacob. ude. Bar. Venna.

ita ponderat & intelligit ibi Raph. Cuman. in princ. qui notab. loquitur. Secundò non obstat text. in dict. l. Si colonus, quia ibi non dicitur, quòd animo colonus retineat detentationem; sed quòd animus non deserendi rem, sed reddendi, quamvis actualiter non detenet, facit, ut dominus & sic locator non desinat possidere, ne absentia coloni sibi sit nociva: ita solus Vincent. ibi, 27. col. num. 77. Sed tamen prima opinio est magis communis & tenenda.

16 Adde tamen in hoc unum notabile & subtile, quòd si detentator est in conspectu, vel de proximo, conservat suam detentationem, sicut naturalis possessio juncta cum civili conservatur: ita solus Angel. in leg. Clam possidere. §. Qui ad mundinas 1. col. num. 2. eod. tit. Ex qua sententia & conclusione sic verificata infero, quòd si detentator esset in absentia rei, & sic nec in re, nec in conspectu, nec prope rem, & esset dominus verus rei, non posset ex aliquo titulo transferre dominium in alium per clausulam constituti, cum nec possideat, nec detenet. Sed majus dubium & valde subtile esset, si detentator & dominus rei esset in ipsamet re, vel in conspectu ejus, vel prope, an per constitutum posset transferre dominium? Et certè ego tenerem quòd sic; quia illam detentationem videtur deinceps tenere loco & nomine alterius, ut in leg. Quod meo nomine. ff. de Acquir. posses. cum ratione. text. & materia: sed sola detentatio nuda cum titulo habito à domino non sufficit ad acquisitionem domini; ergo, &c. de quo articulo infra latius dicam.

Item adde quòd probata detentatione censetur probata possessio, nisi ex adverso probetur, aliquid de superioribus, ex quo resultet quòd solum detinet & non possidet, de quo per Gloss. & Doctor. in l. Stipulatio ista §. Hac quoque. ff. de Verbor. obligat.

17 Aliud dixi quòd est possessio juridica, de qua principaliter est sermo noster; & magistraliter & resolutivè dico, quòd possessio est *jus insistendi rei non prohibite possideri*: quam definitionem ponit Bart. in leg. 1. 2. col. ff. de Acquir. posses. quam ibi sequitur Alex. 4. col. num. 13. qui latè eam prosequitur; & salvat ab impugnationibus aliorum: Socin. 6. column. in medio, vers. Circa secundum Jas. ibi, 8. column. num. 35. Vincent. 12. col. num. 51. qui latissimè loquitur ab 11. col. num. 31. usque 22. column. ponendo novem vel decem definitiones Antiquor. & Modernor. & rationes; & impugnationes cujuslibet; (e) & tandem dicit, quòd nulla quæ assignatur, vel quæ assignari

possit, satisfacet, nec in omnibus & per omnia convenit; sed quòd definitio Bartol. videtur minus periculosa; quam communiter sequuntur Interpretes, (f) istam etiam tenet Salycet. in leg. Licet, eodem tit. 4. column. in princip. & istam tamquam brevem & perfectam approbat Anchar. in cap. Pastoralis de Causa posses. & propriet. 2. column. in medio. Et ista est communis opinio, secundum Franc. de Rip. in dict. leg. 1. 6. column. n. 26. & idem in rubr. extra. de causa posses. & propriet. 1. column. in princip. qui remissivè ibi ponit 14. definitiones; & ultra addit aliam suam: Unde merito dixit Gloss. in leg. Stipulatio ista. §. Hac quoque, in verb. Stipuletur de Verbor. obligation. quòd possessionem peritissimi non sunt ausi definire. Et inter prædictas diversas definitiones reperio quòd lex 1. tit. 30. 3. part. approbat expressè definitionem Gloss. & Azor. quam posuit in dict. leg. 1. gloss. 1. verb. Tu dico. Sed certè illa non est definitio possessionis productæ in esse & jam formatæ, sed cum est in fieri, & inesse productæ; & illa non est possessio, ut statim dicam. Vel aliter & melius potest per me sic definir: Possessio est, *jus habendi, retinendi, atque recuperandi rem, præsumptionemque domini inducens, fructusque percipiendi, atque usucapiendi, & præscribendi conditionem.* Nec obstat, quòd definitio non debet fieri ab effectu: Quia imò melius denotat substantiam rei definitæ, & nulla est ferè materia quæ non habeat ejus definitionem ab effectu. Sed omissis omnibus, dico, quòd si rectè inspicatur quælibet definitio in effectu & substantia tenendum ad idem, licet per diversa verba, non movet: movet tamen quòd in

Sed tenendo definitionem Bartol. quæ est in se vera & communis, ejus verba declaro pro ven. triginta refert Constantinus, in princip. institut. de usucap. ex n. 2. aliam refert. Alciat. l. quæst. ff. de Verbor. significat. & in tract. de quinque pedum præscript. num. 86. aliam Connan. lib. 3. Commentarior. cap. 3. num. 2. aliam Petr. Gregor. 1. part. syntagmat. cap. 13. n. 5. aliam Bolognetus in dict. l. 1. n. 152. de quibus videndus est Medicis de Definitionibus, diffinit. 66. (f) Teste Jas. in dict. leg. 1. num. 32. Rip. num. 26. Bologneto, num. 558. Covarrub. in Reg. posses. in initio 2. partis, num. 3. Jus vel factum est minus controversum non solum inter Interpretes, verum etiam inter Jurisconsultos, factique esse probat text. in §. Adipiscimur, & in §. Si vir uxori. l. 1. ff. de Acquir. posses. text. leg. Denique, juncta leg. sequent. ff. Ex quibus caus. majores, in leg. Si is qui pro emptore, in princip. ff. de Usucapion. in leg. In bello. §. Factæ. ff. de Capt. leg. 1. §. Scævola, ff. Si quis testament. liber esse jussus fuerit, leg. Possessionem pupil. ff. de Acquirenda posses. leg. Bonæ fidei. §. In contrarium. ibi: *illud ad factum ff. de Acquirendo rerum domini* quorum jurium argumento hanc sententiam defendit Bartol. num. 12. in leg. Si is qui pro empt. ff. de Usucapion. Roman. num. 9. Alciat. num. 26. ibidem, & in tractatu de Quinque pedum præscript. num. 4. Belengarius Fernand. in §. Nihil commune, cap. 1. num. 63. Corne. in Rubr. de acquirenda possessione. num. 3. Bolognetus in dict. leg. 1. de acquir. posses. num. 83. Connan. lib. 3. Commentariorum, cap. 3. num. 1. Contrariam tamen sententiam, & sic possessionem jus esse, probat, præter jura

intelligentia totius materiæ, & ut ex hoc aliqua resultet utilitas: Idè autem dico quòd possessio est jus, quia non est idem quòd ipsamet res in qua habetur possessio, licet quandoquæ appellatur possessio, ut in leg. Interdum. ff. de Verbor. signific. & in leg. 2. Cod. de Probat. in princip. & in leg. Cum res. Cod. de Contrah. empr. & in leg. 2. Cod. de Fidejuss. minor. & in leg. Siquis dem. Cod. de Donat. inter virum & uxor. & in leg. Quoties. versic. Si igitur, &c. Cod. de Rei vindic. Item & secundò, idè dicitur jus, quia possessio non est detentatio nuda; cum illa potius sit facti, quàm juris, ut supra latè dixi in argumenti detentatione. Item & tertio, idè dixi in definitione, quòd possessio est jus, quia ipsa corporalis apprehensio, vel ipse actus verus vel fictus, per quem apprehenditur ipsa possessio, non est possessio, sed tantum est actus meri facti: ita est textus qui sic debet intelligi in leg. 1. §. Adipiscimur. ff. eodem tit. in fin. ibi: *Eam rem enim facti non juris esse, text. in eadem l. 1. §. Si vir uxori. ibi: Quoniam res facti, &c. textus in leg. Denique, in fin. ff. Ex quibus caus. majores. text. in leg. 1. §. Scævola. ibi: Quæ facti & animi. ff. Si quis testam. liber. esse jussus fuerit. text. in leg. Possessionem pupillum. ff. de Acquir. posses. ibi: Quod enim facti est, &c. text. in leg. bonæ fidei. §. In contrarium. ibi: *Illud ad factum pertinere. ff. de Acquir. rerum domini.* Sed ex illo actu verò vel ficto resultat & causatur ipsa possessio, de qua in præsentì loquimur; & illa, postquam est acquisita, formatæ, & producta in esse, est jus intellectuale & invisibile, non factum; & illa est quæ hic definitur: Et quòd sit jus, probat textus expressus in leg. Peregrè. ff. de Acquir. posses. post princip. ibi: *Jus possessionis, &c. (g)**

Text.

18. Textus in leg. possessio quoque, in principio. eod. tit. text. in leg. Cum heredes eodem tit. ubi dicitur, quod omnia jura hereditaria transeunt in heredem, excepta possessione: ergo possessio est Jus; cum exceptio debeat esse de regula; textus in leg. Nemo, in fin. Cod. Isto tit. ibi: Super jure possessionis, &c. text. in leg. Non ideo minus, in fin. Cod. de Lib. caus. ibi: Inconsum jus possessionis obtinebit. textus in leg. Si ea res. §. final. ibi: Qui prior jus ejus apprehenderit, ff. de Action. emp. Et istam doctrinam & declarationem ponit Bartol. in dist. leg. 1. 2. column. in medio. Paul. de Castr. 1. column. in fin. num. 6. Alber. 2. column. in medio. Imol. 1. column. post med. Aret. 4. column. in medio. num. 13. Cuman. ibi, 2. column. Alexand. 3. column. n. 11. Socin. 5. column. in fin. vers. Circa tertium. Vincent. ibi notabiliter. 6. column. in principio. numer. 39. Jas. ibi: 6. col. num. 16. col. num. 31. Francisc. de Ripa. 6. col. num. 26. idem in rubr. de caus. possess. & prop. 2. column. num. 6. Bartol. in §. Adipiscimur, ejusdem leg. & ibi Paul. notabiliter. num. 3. & Jas. num. 13. & final. column. num. 23. Petr. in leg. Licet. 3. column. Cod. eod. tit. Bartol. in dist. §. Si vir uxori, in principio. Aretin. in l. Clam. possidere. §. Qui ad nundinas. 1. column. in fin. idem Aretin. in l. Quem admodum eodem tit. 1. column. num. 3. & ibi Doct. Segur. 7. column. versic. Et illud. Confirmatur ista communis opinio & declaratio; quia sicut ex contractu, (qui est facti, ut in leg. Consilio. §. final. in fin. ff. de Curat. furios. ibi: Quia solutio, venditio, traditio magis facti, quam juris sunt) resultat obligatio juridica, & exactio, ut in leg. Licet. §. Ea obligatio. ff. de Procuratorib. & ibi communis doctrina, & in principio. Institut. de action. Præterea, sicut ex actibus, moribus, & usibus, (qui sunt meri facti) resultat ipsa consuetudo formata, & in esse producta, quæ vocatur jus, ut in leg. de Quibus. ff. de Legib. & ibi tenet & declarat Bart. in 1. lectur. 2. column. prope fin. & in fin. column. idem Bartol. melius in repetitione. 3. column. num. 6. & ibi Paul. 2. column. n. 5. melius quam alibi, Alber. ibi: 10 col. n. 16. & ibi communis schola. Anton. de Butr. in cap. fin. de consuetud. §. Misa materia. 2. column. in princ. & ibi Cardin. in §. Licet. 10. column. 6. quæst. num. 14. & est communis intelligentia: Ita ex actu vel modo apto, & à leg. determinato ad acquirendam possessionem, quæritur, & resultat ipsa possessio,

à nobis hic allegata, textus in leg. Peregrè, ibi: Jus possessionis. ff. de Acquirenda possessione, quam præter allegatos sequitur Covarrub. in Regul. posses. in initio. 2. part. num. 3. cum pluribus aliis quos ipse allegat, unde ad has opiniones conciliandas videndus est Corras. in Rubr. de acquirenda possessione. num. 3.

quæ est juris; & ita se habet sicuti causa & causatum. Item, sicut ex actu & exercitio servitutis resultat jus servitutis & possessio ejus, ut in l. 3. §. Dare de Usufruct. & in l. Quoties de servitutib. ita ex isto actu quæritur possessio juris. Et sicut ex obligatione quæritur actio; ita ex possessione oriuntur interdictiones. In quo unum nota & considera subtile & necessarium, quod licet possessio sit de jure naturali primævo respectu eorum quæ illo jure fiebant occupantis, vel respectu eorum quæ fiebant communia, & postea magis genericè fuerit de jure gentium in omnibus rebus, postquam dominia fuerunt distincta, ut in leg. Ex hoc jure cum materia. ff. de Justitia & jure, & probatur aperte in leg. 1. ff. de Acquirend. posses. tamen illo jure non erat aliqua possessio juris, sicut hodie, nec erat quid diversum ab ipso actu & apprehensione; nam ipsemet actus & apprehensio naturalis idem erat quod ipsa possessio: ita probat textus expressus in l. 1. in principio. ff. de Acquirend. posses. & ita expressè tenet & declarat Paul. ibi 2. column. in medio. num. 8. Imol. penult. column. fin. Cuman. 2. column. in fin. & notabiliter Vicent. 36. column. in medio. num. 85. Ex quo infertur, quod illo jure non consistebat in jure, sed in facto: Item non erat distinctio possessionum civilis & naturalis, sed unicam tantum habebant; & dicebatur naturalis. Item, tantum durabat illa possessio, quantum quis insistebat naturaliter in re possessa; unde, eo ipso quod desinebat operari, & sic retinere rem, desinebat ipsam possidere: Item, non erant prædicta remedia possessoria pro illa possessione sola recuperanda vel retinenda: Item, non erat inventus aliquis actus fictus acquirendi possessionem, sed tantum naturalis, vel corporalis, quæ omnia aperte probat text. in ista leg. 1. ibi: Quia naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit, intentio Doctorum ubi supra. Et sic omnia ista & alia fuerunt inventa & ordinata de jure civili positivo: & maxime ostendit istam possessionem inventam de jure naturali, vel gentium, ut patet in processu hujus materiæ; quod nota, quia est novum, singulare, & necessarium.

Item, ideo dicitur in definitione *insistendi rei*; quia propria natura, substantia, & effectus possessionis consistit in hoc, quod possessor insistat in re, & illam habeat, teneat, & possideat, & in ea non inquietetur vel molestetur ab alio; & ideo ad hoc principaliter sunt prodita omnia

interdicta, & remedia possessoria; & dicitur etiam ad differentiam domini, quod est jus plenum & perfectum disponendi de re, & eam vindicandi: ut dicit Bart. in l. 1. de Acquir. posses. 2. col. in fin. & in l. Si quis vi. §. Differentia. eod. tit. quem sequuntur omnes, & ego supra dixi. Præterea, dicitur etiam ad differentiam usufructus; nam est jus utendi & fruendi salva rerum substantia, ut in l. 1. ff. de Usufruct. & declarat Bart. in dist. leg. 1. 2. column.

Item, ideo dicitur in definitione rei non prohibita possideri; ad differentiam rei, quæ non potest possideri, ut rei sacræ, vel religiosæ, ut in leg. Qui universas. §. 1. ff. de Acquirend. posses. & in leg. Inter Stipulantem. §. Sacram. de Verbor. obligat. & sic patet, quod textus in dist. leg. 1. ff. de Acquir. posses. dum dicit, possessio appellata est à pedibus, ut Labeo ait, quasi pedum positio; quia naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit: non ponit definitionem possessionis, sed etymologiam vocabuli, secundum Glossa 1. & omnes Doctores. ibi: Nam duo sunt instrumenta naturalia, & instrumenta principalia, sive actus naturales acquirendi possessionem; scilicet pedes ad acquirendum possessionem rerum immobilium quæ pedibus calcantur: ita textus in dist. leg. 1. text. in leg. 3. in principio. ff. de Acquir. posses. magis ad acquirendam possessionem rerum mobilium; text. in leg. 1. §. Adipiscimur. eod. tit. ibi: Aliquid in manu ponat. Ita Paul. de Castr. in leg. 1. eodem tit. 1. column. versic. Item nota, Aret. ibi: column. 1. in principio. num. 2. Alexand. ibi: 1. column. in 3. notabili. Vincent. ibi: in principio. 1. notab. & ibi Jas. ibi: 1. column. post princip. ideo sumpta est etymologia ab illo instrumento naturali, scil. pedum, & vocatur pedum positio: Et si iterum quæras, quare magis denominatur ab illo instrumento, quam ab alio, scilicet manuum? dico, quod possessio rerum immobilium est dignior & magis conservatur & retinetur: possessio verò rerum mobilium vilis & abjecta est, & faciliter perditur, ut in leg. 3. §. Nerva filius, isto tit. & in leg. Rem quæ nobis, & in l. Si rem mobilem. eod. tit. adeo à digniori fit denominatio. Ita Paul. & Jas. in dist. leg. 1. column. 1. post princip. Vel aliter & secundo potest dici, quod ideo denomi-

natur à pedibus, quia pedes sunt firmum totius corporis sustentaculum, & habent se ad corpus, sicut bases ad columnam: ita Bald. in rubr. de causa posses. & propriet. 1. column. in principio. num. 2. (h)

19. Item principaliter quæro: Quotuplex sit possessio? Et iste articulus est subtilis & necessarius: in quo dico, quod videtur quod triba tantum sit possessio: Primò per text. in dist. leg. 1. ff. de Acquirend. posses. qui dicit, possessio appellata, &c. & sic loquitur in singulari, & similiter bona rubrica. Secundò pro ista parte facit bonus textus in leg. 3. §. Genera. eod. tit. ejus verba sunt: Et in summa magis unum genus est possidendi, species autem infinite sunt. Similiter in leg. 3. §. Ex contrario; ibi: Quoniam in summa possessionis, &c. Tertio facit text. in leg. Licet. Cod. eod. in principio. ubi, licet possessio acquiratur corpore & animo; tamen, postquam est quæsitæ, solo animo retinetur; & sic unum est jus resultans ex actu corporeo, & sic ex apprehensione, quod vocatur possessio, & retinetur animo. Quarto textus in leg. 1. §. Sive autem corpore, in fin. ff. de Vi & vi armat. ubi dicitur, quod si animo possidens in absentia, prohibeatur post reversionem fundum ingredi, dicitur dejectu per vim de possessione, quam animo retinebat, licet non corpore: & sic clarè vult, quod illam possessio numero quæ retinetur animo, est eadem cum ea quæ corpore retinetur: ergo una tantum est: cujus verba sunt: Ademisti enim ei possessionem quam animo retinebat, & si non corpore; & illum textum ad hoc inducit Socin. in ista leg. 1. final. column. Quintò pro ista parte facit viva & subtilis ratio: Nam si in jure nostro esset plusquam una possessio, maxime illud consideraretur tempore acquisitionis & productionis in esse: sed illo tempore tantum una in singulari consideratur, & non plures; modò quæramus per nos, modò per alium: ergo non est danda pluralitas possessionem: text. est in leg. 1. §. Adipiscimur, & in §. Item acquirimus, eodem tit. Sextò facit, quia quando per legem tractatur de amittenda possessione, & penitus abdicanda à possessore, vel de illa retinenda vel conservanda; semper Jura & Consulti loquuntur in unica

(h) Hanc etymologiam probat Bartol. in leg. 1. num. 1. de Acquirend. posses. Alberic. Cuman. Paul. Imol. Aretin. Alexand. & Jas. ibi: receptamque testatur Rip. ibi: num. 1. Bolognet. n. 11. & ex novioribus Cuman. lib. 3. cap. 8. num. 1. Covarrub. 1. part. rubric. de Testament. num. 3. Charondas lib. 1. Verosimilium cap. 6. versic. 1. Castill. Dialogo. 73. num. 2. probatque ex leg. regia 1. tit. 30. part. 3. licet non à pedibus, sed à sedibus dictam possessionem fuisse contentur defendere Alciat. cum Gloss. in leg. 1. verb. A pedibus. & in lib. 1. disputation. cap. 1. Corras. in dist. leg. 1. num. 1. & in §. Nihil commune. num. 5. Vigil. in principio. inst. de Testament. num. 3. Othoman. de Verbis juris, verb. Possidere. Isidor. in cap. Jus gentium. 1. distinct.